

FLORA.



N^o. 34.

Regensburg.

28. Juni.

1861.

Inhalt. ANTIKRITIK: Circa Th. M. Fries, Lichenes Arctoi animadversiones. O. Berg, Mexicanische Sarsaparille aus Mazanilla. — LITTERATUR. Fr. Crepin, Manuel de la Flore de Belgique etc. (Schluss). Mart. Anzi, Catalogus Lichenum etc. — VERZEICHNISS der bei der k. botanischen Gesellschaft eingegangenen Beiträge.

Circa Th. M. Fries, Lichenes Arctoi animadversiones.
Scripsit William Nylander.

Etiam in hoc libro nuper (Upsaliae 1861) edito auctor modo solito contra me procedit, ut exemplis quibusdam demonstrare forte necesse est, nam omnes insinuationes ejus torquentes et pueriles persequi sane operam non meretur. Ut observationes meas auctor proxima vice usui vertat sperandum est, similiter ac ante tales tacte (licet „indignatione“) obsecutus est, neque loquitur amplius ex: gr. de „membrana interiore thecarum“, nec de toto thecas tingente (quam de contemptu earum loqui debuit), nec de „nucleis“ sporarum etc. atque hoc recte.

Nunc in *L. Arct.* p. 36 dicit, ex: gr., auctor de mea *Cetraria nigricante* „secundum specimen unicum (l. paucissima) descripta“. Unde hoc ita spectatim notum habet? Sane audacia singulari opus est, ut de re loquatur, de qua nihil scire potest! Re vera specimina maxima et numerosa lichenis hujus vidi e Kola Lapponiae orientalis et nihil juvenile habentia. Serius alia e Lapponia Kemensi examinavi omnino similia. Exemplum jam hocce infaustam apud magistrum Upsaliensem titillationem me vituperandi ostendit, seipsumque certe magis quam me nocentem.

Pag. 83 de „verruca centrali“ thalli loquitur auctor apud *Squamariam gelidam*. Cur non res nominibus suis veris designare? Si analysin aliam quam sporologicam adhibuisset, ei innotuisset, verrucam talem in Lichenologia dici cephalodium.

Nihil ostendere potest distinctius mancam omnino methodum elementarem in Lichenibus examinandis, quam imperitia in elementis gonidialibus diversis, gonidiis et granulis gonimis, distinguendis; quod puer quidem mox discere valet, si ei explicatur. Ubique tamen apud auctorem Upsaliensem ejusmodi imperitiam invenimus, ubi de notis gonidialibus agitur. Pag. 79. *Psoroma hypnorum* docet *Pannariae brunneae* „maxime esse affine et generice vix tute distinguendum!“ Sententia talis turbida et vacillans auctorem convictione nulla sincera suffultum prodit. Quam attente rem observavit! Anne differentia illa omnino „tuta?“ Quanta veracitate etiam ibidem contendit, me genere *Amphilomate* „novam tribum condere“!

Sporas non vidit in quibusdam speciebus satis communibus, apud quas minime sunt rarae, ex. gr. in *Lecanora ventosa*, *haematomma* (p. 96), *Umbilicaria hirsuta*.

„Quod pro hypothallo fibrilloso nigro habitum est, revera est *Sirasiphonis* immixta species“ legitur p. 74 de „*Pannaria Hookeri*.“ Hoc non satis accurate scriptum est. Rectius dixisset auctor: Quod pro hypothallo „fibrilloso nigro“ descripsit pater in *Lich. eur. ref.* p. 94 est *Racodium rupestre* Pers., nam ita se res habet in speciminibus Wahlenbergianis a Friesio examinatis.

Descripsi *Hemaleam sagedioidem* Nyl., cui nihil commuae inest cum *Lecanora nimbrosa*, etiamsi conjectura ingeniosa auctoris Upsaliensis id vellet (p. 125). Sed certe thallus ejus non differre videtur a thallo *Verrucariae tephroidis*, quare apothecia semper credidi parasitica.

Dicit auctor *L. Arct.* p. 131 de („*Aspicillia*“) *Lecanora calcarea* „Species ab *Aspicillia cinerea* distincta, quidquid contra dicit cl. Nylander — qui similia atque dissimillima coacervat, notas constantes et habitum diversissimum nihil curans.“ Modo justitiae magis consentaneo verba illa mutanda essent sic: E. Fries in *Lich. nographia europaea reformata*, aequae ac in ceteris suis scriptis, sub nominibus illis ambobus (et sub „*Lecidea vernali*, *luteola*, *parasema*“ etc.) res similes et maxime dissimiles mire commiscuit vel disjecit, quas confusiones dein Nylander studiis suis haud parum extricavit, affinitates et distinctiones veras notis analyticis demonstrans. Ita sine dubio etiam revera sentit superbus Magister Upsaliensis, tamquam ubique in opere ejus elucet. Exemplo sumantur ipsae *Lecanora cinerea* et *calcarea*, quae in *Lich. europ. ref.* longissime disjiciuntur una ab altera et quidem ad diversa subgenera relatae sunt (*cinerea* scilicet ad „*Patellariam*“, *calcarea* ad „*Urceolariam*“); Th. Fries vero nunc eas unam arcte ad alteram jungit. Ita jam parum

quidem abest, quin eas ambas sub una eademque specie concipiat, ut me omnino sequatur. Quod sine dubio progressus est notandus.

Auctor L. Arct. rejicit pag. 102 nomen *Lecanorae carneq-palidae* Nyl., ut „nomen nulla descriptione suffultum“. An vero hoc serium? Nomen illud proponens in Bot. Notis. 1853, p. 183 (Prodr. p. 87), dixi id lichenem respicere editum in Fr. L. S. exs. 342 (ubi ipse Friesio specimina dedi distributa); optime ita jam stabilitum erat nomen et publici juris factum, nec aliter „suffultum“ esse opus habuit, ut conservaretur. Videmus sub „*Lecanora carneolutes* Ach.“ Smrff. Lapp. p. 85, huc pertinente, synonymon „*Lecidea protuberans* Smrff. in lit.“ Hocce nomen adsumsit Th. Fries declarans, Sommerfeltium id suppressisse „auctoritate Acharii commotum“, et addit „affert tamen (Sommerfelt) suum nomen ut synonymon, vix dubie ut significet, hoc esse adhibendum, si Acharii determinatio non vera inveniretur.“ Verba sane suo modo ingeniose congregata et admirationi obsolutissimi nobilissimique Domini „K.“ pannyristae perenni elucubrationum scholae Massalongo-Koerberianae commendanda. Quam habiliter causam suam agit, ut nomen a me datum dispareat! Observetur vero, in Smrff l. c. legi „De synonymo Achariano certus, viso specimine“, unde sat manifeste patet Sommerfeltium nomen „*Lecideae protuberantis* in lit.“ adtulisse solum ut ii, quibus lichenem distribuerit, nomen Acharianum substituant; inde simul et manifeste patet, Acharium minime „*Lecanoram carneolutes*“ Sommerfeltio determinavisse, sed Sommerfeltium specimen archetypum vidisse lichenemque suum identicum invenisse. Ita rem videat, qui eam non torquere velit.

Pag. 207 auctor avide notat, me in nudo catalogo nominum specierum (ubi enumerare debui stirpes earum in genere *Lecidea*) „duas species sub nomine *Lecideae panaeolae* recensere.“ Et hoc revera magni est momenti! Observandum scilicet est, has species non ibi esse a me expositas, sed aliam sistere *Biatoram panaeolam* Fr., aliam *Lecideam panaeolam* Ach., et pro proposito satis fuisse, ut nomina illa citarentur. Auctor L. Arct. in nugis talibus excellit. Saepè correctiones meas proprias (quas ipse feci) repetit; hoc ei utile, nam libri prolixo opus habuisse videtur et libenter sibi Herculis faciem dare voluit. Valde „imprudens“ Fries in syst. Mycol. 2, in monographia generis *Pezizae*, duas describit species nomine *P. umbrosae*, alteram p. 66, alteram p. 85.

In L. Arct. p. 230 legitur (de „*Lecidea chloropolia*“ Fr.); „rectius forsitan nominanda sit *myriocarpa* (DC.), sed nomen *chloropolia* retinui, donec specimen originale examinare mihi licuerit“

Igitur si alii (quam Magister Upsaliensis) rem examinerint, ejusdem vel certioris esse non potest pretii. Specimina archetypa *myriocarpae* ab illustri Dufour, de Candolleo et aliis distributa fuerunt, et tale quidem etiam inter paucos lichenes hrb. Friesianum componentes olim vidi aequae ac talia archetypa videre occasio adest in hrb. Dufoureano et adhuc aliis.

Pag. 243 affert auctor, se non „indagare“ potuisse apud *Agyrium rufum* colorem gelatinae hymeneae vinose rubentem iodo saepe in forma gallica effectum“, quem (colorem) Nylander nec ullus alius viderit.“ Unde ita omnia absolute cognita habet Magister Upsaliensis et sin forte alii idem viderint ac pluries observavi? Mira illa perspicacitas non est neganda. Clarissimum Coemans auxilio citat, sed hoc parum prodest, nam D. Coemans vix nisi unum alterumve specimen vidit, quod a me obtinuit (ut ipse indicat loco a Th. Fries citato).

Quomodo honestum censeatur, quum auctor I. Arct p. 239 me (serio, ut videtur) accusatum vellet, definitionem generis *Lithographae* falsam dedisse in Prodr. (p. 147), scilicet non convenientem *Lithographae tesseratae* DC. (*petraeae* Ach.); et tamen illam speciem ibi nonnisi in Addendis p. 195, exposui, itaque postquam definitio generis scripta erat, at expresse dico (p. 195) eandem (specie hac adjuucta) „nonnihil mutandam“ esse. Hoc autem ab auctore, qui contumelliis opus habuit, praetervidendum erat.

Nonnullae e speciebus ejus novis delendae. Sic „*Lecidea patida*“ est mea *Lecidea Dorrensis*, „*Arthonia trabinella*“ est mea *Arthonia mediella*. *Alectoria nigricans* (Ach.) haud parum superflue nomine „*Alectoria Thulensis* Th. Fr.“ p. 28 ornata legitur. „*Cladonia coralloidea*“ p. 147 est nomen similiter delendum, nam *coralloidea* Ach. est forma omnino alia; verum nomen speciei sistit *decorticata* Nyl. (vide supra p. 53). *Lecidea miscella* Smmrf., Th. Fr. (non Ach.), est mea *L. miscelloides* (supra p. 200). „*Peltigera scabrosa*“ Th. Fr. est *Peltigera pulverulenta* Tayl., Nyl. Scand. p. 89, etc.

Methodus in describendis apotheciis etiam est manca, quum nihil affert auctor de indole eorum interna (ex: gr. in *Lecideis*) vel de colore hypothecii, sine qua nota saepissime nihil certi scimus et nulla definitio conveniens dari potest.

Demum quaerere quis possit, cur nomina generica quaedam Normanniana resuscitat auctor, quum in schola Massalongiana auctoritate absoluta cognita declaratum fuit, genera sporologica clarissimi Norman nulla generibus esse Massalongo Koerberianis anteponenda.

Mexicanische Sarsaparille aus Manzanilla, beschrieben von O. Berg. (Mit einer lithographirten Tafel.)

Bisher kam bekanntlich aus Mexico nur von der Ostküste, nämlich über Veracruz und Tampico, Sarsaparille in den Handel, die jedoch wegen ihrer geringen Beschaffenheit und ihres schlechten Aussehens wenig geachtet wird. Jetzt ist, wie mir durch das Handlungshaus Lampe Kauffmann et Comp. mitgetheilt wird, auch auf der Westküste der Versuch gemacht, sich für die dort gewonnene Sarsaparille einen Markt zu verschaffen. Diese neue Handelsorte, von der ich ein recht vollständiges Exemplar der oben genannten Firma verdanke, wird von Manzanilla, welches fast auf demselben Breitengrade mit Veracruz auf der Westküste liegt, ausgeführt, zeigt jedoch auch kaum eine bessere Beschaffenheit als gute Veracruz Sarsaparille. Bei der Untersuchung der verschiedenen in unseren botanischen Gärten cultivirten Smilaxarten überzeugt man sich leicht, dass neben gesunden, stärkereichen und mit einer fleischigen Rinde versehenen Nebenwurzeln sich an dem Knollstocke immer auch eine nicht unbedeutende Anzahl abgestorbener oder theilweise verfaulten vorfindet. Der Umstand nun, dass die mexicanische Sarsaparille überwiegend aus zusammengefallenen, holzigen oder strohigen Wurzeln besteht und dass die wenigen gesunden Wurzeln wieder stellenweise oder grossentheils von der Rinde entblösst sind, wodurch sich dieselbe zu ihrem Nachtheil von den übrigen Handelssorten unterscheidet, spricht dafür, dass dort vielleicht gar in der zur Einsammlung ungeeignetsten Jahreszeit die Wurzeln auf eine so rohe und gewaltsame Weise aus dem Boden gerissen werden, dass nothwendig die gesunden entweder ganz vom Knollstock abreißen und unverwerthet in dem Boden zurückbleiben oder doch wenigstens bei ihnen die weiche fleischige Rinde von dem festen Holz abgestreift wird und nur die älteren, grossentheils schon abgestorbenen und lockerer im Erdreich sitzenden ziemlich unverletzt und mit dem Knollstock im Zusammenhang erhalten werden. Freilich mögen der überaus grosse Knollstock und die zahlreichen, dicken und langen Wurzeln, welche die Sarsaparille von Veracruz und Manzanilla vor allen übrigen Handelssorten auszeichnen, sowie der für ein Ausgraben ungeeignete Standort, den die Smilaxarten lieben, einer regelrechten Einsammlung schwer zu überwindende Hindernisse entgegensetzen.

Obgleich diese neue Handelsorte sich wenig von der besten Veracruz Sarsaparille unterscheidet, so muss sie doch wegen des

anatomischen Baues der Innenrinde (Kernscheide Schleiden) und der Aussenrinde als eine besondere Art angesehen werden, wenn auch die bis jetzt noch unbekannte Stammpflanze der *Smilax medica* Cham. et Schlechtl., von welcher die Veracruz-Sarsaparille herkommt, botanisch nahe stehen mag. Ich habe mich bereits an einem anderen Orte darüber ausgesprochen, dass die von Seemann aufgestellte Behauptung, *Smilax medica* Cham. und Schlechtl. sei identisch mit *Sm. papyracea* Poir. und *Sm. officinalis* Hb. et Kth., und diese combinirte Art liefere die Sarsaparille von Jamaica, Lissabon und Guatimala die gröbste Unwissenheit in botanischen und pharmakognostischen Fragen verräth; denn nicht nur sind diese drei Arten botanisch so wesentlich von einander verschieden, dass sie auch nicht ein Anfänger verwechseln würde, sondern auch die Wurzeln zeigen einen so abweichenden anatomischen Bau, dass schon wegeu dieser Verschiedenheit allein die Pflanzen getrennt werden müssten, wenn sie etwa oberhalb der Erde Aehnlichkeit hätten. Und dieser anatomische Bau ist in der Hauptsache so unveränderlich, dass z. B. die Wurzeln der bei uns kultivirten *Sm. medica* dieselbe Form der Innenrindezellen zeigen, wie die käufliche Veracruz-Sarsaparille.

Der Knollstock der Manzanilla-Sarsaparille ist stark, zusammengesetzt und liegt wie gewöhnlich horizontal in dem Boden; bei dem vorliegenden Exemplar ist er etwa 2" dick und etwas über $\frac{1}{2}$ ' lang, muss aber noch länger werden, da die Bruchfläche am hinteren Ende ein frisches Ansehen hat. Die einzelnen Knollen sitzen unmittelbar an- und übereinander, ohne wie bei anderen Arten durch ein wenn gleich kurzes Rhizom getrennt zu sein. Bekanntlich dauern die holzigen, klimmenden Stengel der Smilaxarten nicht aus, sondern sterben allmählig bis auf die unteren Stengelglieder ab, deren unterste sich verdicken und so die Knollen des unterirdischen Stocks darstellen. Von solchen kurzen Stengelresten finden sich an dem vorliegenden Exemplar 8, deren 3 hinterste durch ihr mehr verwittertes Ansehen einen früheren Ursprung anzeigen als die 5 mittleren, ausserdem sind vorn an der Spitze des Knollstocks noch 3 längere Stengelreste vorhanden, welche, wie die Schnittfläche zeigt, bei der Einsammlung sich noch in Vegetation befanden und erst durch den Sammler von dem oberen Theil getrennt wurden. Diese letzteren sind etwa $\frac{3}{4}$ ' lang und $\frac{1}{2}$ " dick, mit dickeren Knoten versehen, zeigen zwei schmalere etwas rinnenförmige, zwei breitere gewölbte Flächen und sind dadurch undeutlich sechskantig. Die Dornen stehen an den Stengelgliedern zerstreut, sind etwa 3"

lang, gegen die Basis von den Seiten zusammengedrückt und verbreitet, gerade oder etwas nach oben gekrümmt; an den Knoten finden sich nur 1 — 2 kleinere. Der Stengel hat eine sehr dünne Rinde und ein hartes markloses Holz, dessen zerstreut, aber gedrängt stehende Gefässbündel unter sich nur durch eine sehr schmale Parenchymschicht getrennt sind. Diese Bündel mit Ausnahme der drei äusseren Reihen, die ausschliesslich aus Holzzellen bestehen, enthalten in einem Prosenchym 3—4 ziemlich weite Spiroiden.

Die Wurzeln sind bei dem vorliegenden Exemplar etwa 4' lang, jedoch am Ende abgebrochen, daher wohl weit länger, 3—4'' dick und wie bei der Veracruz-Sarsaparille rückwärts um ihren Knollstock geschlagen. Sie sind nur ausnahmsweise tief gefurcht, gewöhnlich und dann meist scharfkantig mit ebenen oder etwas rinnenförmigen Flächen, wodurch sie sich von der Veracruz-Sars. unterscheiden, auf der Oberfläche mehr rehbraun und nicht tief kastanienbraun wie jene. Die relative Dicke von Rinde, Holz und Mark ist auch hier wie bei anderen Handelsorten an verschiedenen Stellen derselben Nebenwurzel nicht beständig. Die Mittelrinde ist bald mehlig, weiss oder bräunlich, bald hornartig, häufig zusammengefallen und dünn und trennt sich leicht von dem ziemlich dicken, mit weiten Spiroiden versehenen Holz, im Mark finden sich verzeigte Spiroiden. Der allgemeine anatomische Bau der Wurzel ist nicht von den andern Handelsorten verschieden und kommt zumal dem der Veracruz-Sarsaparille sehr nahe. Da dieser wiederholt beschrieben, und auch Abbildungen von Schleiden und später von mir und Schmid veröffentlicht sind, so will ich auf eine detaillirte Schilderung derselben nicht weiter eingehen und nur die Verhältnisse besprechen, durch welche sich die Manzanilla-Sarsaparille von der Veracruz-Sarsaparille verschieden zeigt. Die Hauptverschiedenheit liegt nämlich in der Gestalt der Zellen der Innenrinde (Kernscheide Schleiden), die auf der Querdurchschnittsfläche bei der letzteren deutlich radial gestreckt und vorwaltend nach innen verholzt sind, während sie bei der Manzanilla-Sars. zwar auch und oft noch stärker nach innen verholzen, aber auf der Querdurchschnittsfläche quadratisch, zuweilen gar etwas tangential gestreckt erscheinen. Bis jetzt ist keine andere Sarsaparille bekannt, welche bei dieser Zellenform so starke Verdickung der Innenrindezellen zeigt. Ein zweiter minder wichtiger Unterschied liegt in der Beschaffenheit der Aussenrinde. Diese besteht bei der Sarsaparille aus einer äussersten einfachen Reihe von dünnwandigen Korkzellen, die nicht selten in Haare auslaufen und aus mehreren Reihen goldgelb, roth oder braun gefärbter,

einseitig nach aussen verdickter Zellen, deren Lumen in den aufeinander folgenden Reihen nach aussen an Umfang abnimmt. Bei der Veracruz-Sars. finden sich 3—4, bei der Mazanilla 5—6 Reihen solcher Zellen.

Was den Werth dieser Handelssorte anbelangt, so ist sie wenig höher als gute Veracruz-Sars. zu schätzen.

Anbei zwei Zeichnungen

Erklärung der Abbildungen: Fig. A. Querscheibe aus Veracruz-Sarsaparille, 290mal vergrössert: a) Zellen der Mittelrinde, b) Zellen der Innenrinde (Kernscheide Schleiden), c) Holzzellen.

Fig. B. Dieselbe aus Manzanilla-Sarsaparille.

L i t t e r a t u r .

Manuel de la Flore de Belgique ou description des familles et des genres accompagnée de tableaux analytiques destinés à faire parvenir aisément aux nomes des espèces suivis du catalogue raisonné des plantes qui croissent spontanément en Belgique, et de celles qui y sont généralement cultivées. Par François Crepin. Bruxelles librairie agricole d'Emile Tartier, 1860.

(Schluss.)

Obgleich diese Kennzeichen nicht genug sind, so betrachten wir doch auch diese Pflanzen als zwei gute Arten, denn wir haben seit den 40 Jahren, wo wir sie beobachten, noch keine Uebergänge gefunden. Wir betrachten aber auch den *B. hordeaceus* Gmel. (von Linné; *B. Billotii* F. Schultz), den der Verfasser mit *B. secalinus* vereinigt, als eine von diesem verschiedene gute Art.

Ueber *B. arduennensis*, den der Verfasser an vielen Orten in Belgien gefunden und der neuerlich auch im benachbarten französischen Gebiete beobachtet worden ist, macht er schöne Mittheilungen.

Bromus arvensis, *patulus*, *pratensis* (*commutatus*), *racemosus*, *mollis*, *secalinus*, *Billotii* (*hordeaceus* Gmel. non L.), *grossus* u. s. w. werden von den Schriftstellern bald jährlich, bald zweijährig genannt; F. Schultz, der sie alle während sieben Jahren im Garten gezogen, hat darüber folgende Beobachtung gemacht. Die Samen von *B. arvensis*, *patulus*, *pratensis*, *racemosus* und *mollis* fallen leichter

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1861

Band/Volume: [44](#)

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: [Circa Th M. Fries, Lichenes Arctoi animadversiones 369-376](#)